

bebis Meridianum Occidentale, dummodò horarum numeros adscribas contrario ordine, ut dixi.

PROPOSITIO IV.

Parallelos Solis Meridianis Horologiis inscribere per umbrarum latitudines.


Arcus Signorum Zodiaci per umbrarum latitudines pro Meridiano.

FAc omnia, quæ pro Parallelis Polari Horologio inscribendis præcepimus, & habebis intentum. Paralleli Australes cadunt infra Æquinoctialem, Boreales supra,



EPILOGUS LIBRI QUINTI.

ANimus fuerat, ut initio hujus Libri insinuavi, addere aut interserere dictis hoc Libro non pauca, quæ de Horologiis in Cursu Mathematico Libro decimo quarto promiseram, & ad Horographiam Universalem distuleram, præsertim quia hæc ex meo Calamo, ut reor, nunquam ob temporis & virium defectum prodibit; at consilium mutare coactus fui, tum quia nimiam in molem presentem Librum excreturum videbam, tum quia sine plurimorum Schematum ari incidendorum apparatu Lectoris & meo desiderio satisfacere non poteram. Contraho ergo manum, & ad alia calamus converto.



LIBER